



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Directorivm Sacerdotale & Clericorum Specvlvm Insigni Pietatis Ac Devotionis Supellectili exuberans**

**Kinckius, Matthias**

**Coloniæ, 1662**

Praxis examinis conscientiæ,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46628](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46628)

sanctissimus Pontifex intendit hac de causa me debere orare. Amen.

*Praxis examinis conscientia.*

VIII. Et ut pius Sacerdos ordinatè procedat in examine conscientiaë suæ, praxim sequentem in quinque puncta distributam, religiosè observabit.

*Primum punctum erit.* Gratias agere Deo. 1. De beneficiis omnibus generali nomine expressis. 2. De vocatione ad talem statum. 3. De hodiernis beneficiis, inspirationibus, & bonis operibus.

*Secundum Punctum erit,* petere lumen. Primò, Erubescendo, quod suaviter ineffabili Dei pietate præventus & adjutus, adeò malè diem transegerit. Secundò, Ut videat quomodo à fine illo, ad quem vocatus est defecerit. Tertiò, Ut videat quid ab eo Domino maximè requirat.

*Tertium Punctum erit,* Examinare primò, Quomodo proposita emendationis à præcedenti examine servaverit. Secundò, Quid singulis horis commiserit, omiserit, neglexerit. Tertiò, An puram intentionem in operibus vitiauerit ratione

tione

tionem sensualitatis, vanitatis, curiositatis consuetudinis.

*Quartum Punctum erit*, Conteri & dolere de omnibus imperfectionibus præcedentibus, quippè qui potius pœnas inferni sustinere debuisset, quàm Deo displicere.

*Quintum Punctum erit*, Inquirere quâ viâ. Primò, Deo perfectiùs placere possit. Secundò, Vitia jam cognita extirpare possit. Tertio, Virtutes contrarias adipisci possit.

*Applicatio Missæ pro vivis.*

IX. Sacerdos sui memor officii ante sacrum debet sequentem, aut similem Missæ applicationem devotè, & cum affectu percurrere.

*Memento Vivorum.*

1. Mei, parentum, fratrum, sororum, consanguineorum, & omnium amicorum meorum.

2. Omnium quibus fui gravamen, scandalum, & occasio peccandi.

3. Omnium benefactorum meorum in temporalibus & spiritualibus.

4. Omne